Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



24

pulchre mulieris amatores. Et iuxta euersionem urbis. pastores intel
ligant. quorum alii scortum polluere festinant. alii obsidere & sub
uertere ciuitatem. In pastoribus & gregibus eos principes sentiamus
& exercitum chaldeorum. Figent autem tentoria sua in circuitu in
obsidione urbis. & pascet unusquisque eos qui sub manu sua est suas
uidelicet ~~uidelicet~~ turmas & numeros. Qui principes siue pas
tores dicent gregibus suis. sanctificate hierim bellum. dni enim imp
ium est. Consurgite & ascendamus in meridie. non pnocte & insidias.
si plena luce pugnemus. nullus enim nos potest resistere. Ve
nobis quia declinauit dies. quia longiores facti sunt. siue defe
cerunt umbre uespi. Surgite & ascendamus in nocte & dissipemus
domos siue fundamenta eius. Illi dicunt surgite & ascendamus
in meridie & clara luce pugnemus. isti respondent ue nobis quia
longiores facte sunt umbre uespe. secm illud uirgilianum. Gra
sumque peul uillarum culmina fumant. maioresque cadunt altis
de montibus umbre. Et est sensus. Si pdie hec patiuntur. qd paciem
in nocte. Rursuq; quod sup dixerant sanctificate sup ea bellum atq;
consurgite nec ipsi se puocant ad bellum dicentes. Surgite &
ascendamus in nocte. ut sciant aduersarii non temporis uictoria
esse sed uirtutis. Et dissipemus domos. quasi frustra murorum firmitate
uallant. Quia hec dicit dns exercituum. Cedite lignum siue
ligna eius. effundite siue comportate circa hierim aggere.
Idcirco inquiunt deuictoria securi sumus. quia preceptum dni
est impartibus chaldeis. Ligna succidite & futuris mu
nitionibus aggere comportate. p quod ostendit non stati urbem
esse capiendam sed longa obsi[illegible]dione ut pea legemus.
Hec est ciuitas uisitationis siue [illegible] mendax. omnis calupnia et
oppressio in medio eius. Sicut frigida facit cisterna et lacus aqua
sua. sic frigida fecit malicia sua. Precepit dns ut arbores
succidant. ut fodiant per circuitum aggeres. quia tempus uisita
tionis aduenit ut recipiat ppeccatis suis quorum maximum
est cyrwpantia. ut innocentem oppimat pcalupnia. Quom